

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt vicesimvmprimum

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

aurum & stercus. Vere turpiter subibis. Corrige, emenda uitam tuam, & idolum tuum excōmunicatū, anathematizatū, à patria expulsum ut uiperam fuge, intoxicabit animam tuam sine fallo, & post te ueniet qui ecclesiam Pragensem adducet ad matrem fidelium, & erit noua reformatio in Bohemia.

HVNGARORVM REX ARMATVS.

CAPVT VICESIMVM
primum.

Huiusmodi inuidia, & sola auaricia principum et gubernatorum multos infatuauit, multosq; seduxit, et quos plures iugulauit. qui totam substantiam, corpus proprium, & subditorum causa fidei dederunt in perpetuam memoriam. Hæc memoria ueneno inuidia, ueneno auariciae delet, lapis angularis unitatis scinditur, gloriosus Hungarorum rex. &c. mediocriter disponetur, quia retrogradatione patietur. Si in laudem tuam o Mathia aliquid dicta uero, minus erit quodcumque dixerit. Nam opera summæ magnitudinis tuæ non potest explicare lingua carnis, sed tunc eam. s. laudem uerius explebimus, cum hoc nos explere

H ij

PROGNOSTICVM IOANNIS

non posse cognoscimus. Tunc facundius loquimur, cum ab his obstupescendo reticemus. Ad narrandū magnifica opera tua habeo de fectum in calamo. totum Constantinopolitanū Imperiū prædicat, tota catholica ecclesia te collaudat, tu solus clypeū crucis Christi aduersus Turcū erexisti. Tantus em̄ splendor in laude tua, tanta in magnitudine tum consilij dignitas, ut hæc à uirtute donata, quibus uies tempora longa inuictus, cætera à fortuna cōmodata esse uidentur. Depost domuisti gentes inhumanos, Vuienenses, elatos Australēs, extraxisti caudam pauonis, cepisti ciuitates & oppida, flagellū Dei fuisti permissiue, cætera omitto. Sed tantum ea uicisti, quæ naturam & conditionem habebant, ut uinci possent. nulla enim tanta uis quæ non ferri uiribus debilitari frangiq; posset, ac animū uincere, iracundiā cohibere, uictoriam tēperare, iusticiam colere, fidem seruare, pacem prosequi, rectos fouere. & quod omnibus his maius est, Deum timere, Imperatorem honorare, mandataq; eius seruare nouisti. nihil enim est operis manifestum, quod non aliquando deficiat, & cōsumat uetustas, Dicente sapientissimo Salomone, Om̄ia orta occidunt & senescunt. Beatus igitur populus tuus, uiri tui, ut ait Regina Saba ad Salomonē, & beati serui tui quistant coram te. Domabis & aliam gentem, ubi famam & laudem acquires ultimā. Sed post te exurget maior te, flagellū longiturniter percuties canes infidelissimos. Hæc arguunt ex domino terræ tuæ, & gens Sagiptaria regnabit tempora longa in Christicolis tuis, & Regnum Hungarorum dabitur & reseruabitur alteri, qui erit pius & multū misericors quo ad ecclesiam. Ipseq; reformabit ecclesiam Pragensem, & sanctę Sophię templum Constantino. scandetq; ad ardua inter catholicos, sed non de sanguine Mathiæ, sed de rupibus Alemania oriatur & exiet rex syncerissimus.

COMES PALATINVS.

CAPVT VICESIMVM SECVNDVM